

FOLCO MILES SLESVICENSIS.



Folco inter Slesuicenses ob corporis robur in magna authoritate fuit, anno mundi ter mille simo quingētesimo uigesimo. Itaq; Keto eius loci prefectus eum copiarum suarum ducem constituit. Cum autem Athislus Suetiæ rex eam regionem bello inuadere statuisset, Keto hūc Folconem ad regem Danicæ Vueremundum misit, & hostium aduentū significauit. Eū rex legatione optimè sumptū cibis refici iussit. Verū is omnē morā fugiens, potiō et tantū sitim lenire optauit: quo præbito poculū quoq; seruare iubet, ut eo quoq; in itinere utere. Eo Folco delectatus dixit, se prius propriū cruorem hausturū, q; regis hostibus terga daturū.